



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

3. Quinam Sancti, in morbis nullam medicinam admiserint ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

412 *Cap. XXXVIII. Decima nona morb. causf. remedia fupnaturalia.*
na folatia recepturus, ad caelefia regna tranfuit. Nimirum viri toti
Deo dediti, etiam omnem fpeciem in folo Deo reponunt.

III.
Theoderet.
hifl. relig.
cap. 26.

Petr. Dam
epifl. 118. ad
Teuzonem.

Sulp. epifl. 3.

In vita S. Ful-
gentij c. 30.

Meribert.
Roivveid. I r.
de vit. PP. in
vit. Pofthu-
mij. cap. 6.

Hinc Simeoni Stylitæ illi magno, vt Theodoretus memo-
ria prodidit, perfuaderi non potuit, vt vlceri medicinam adhi-
beret, quod ex afperrimo cingulo contexto palmarum folijs, &
nudis membris circumjecto contraxerat. A Petro Damiani laudi
datur Leoni Eremitæ, quod in omni vita fua (quæ fuit annorum
centum quadraginta) numquam fanguinem minuerit, nūquam
antidotum fumpferit. Et ecce, quàm ad magnam peruenit
ætatem, cum alijs perent, fe medicinis vitam prolongaturos,
quam plerumque decurtant. Idem ipfe Petrus Damiani, cum,
languefcente ftomacho, ex graui diuturnoque morbo alimenta
capere non poffet, & pifces omninò deeffent, reftitit importunis
fratrum precibus vehementer flagitantium, vt triduo carniū
efum reparationi tabefcentis & effceta corporis indulgeret: *ne*
paulatim rigorem Ordinis in fe fuiſſet laxaret. Propior morti erat
Martinus, & tamen in cinere & cilicio recubabat. Quem, cum
discipuli rogarent, vt faltem vilia fibi fimeret ftramenta fupponi:
Non decet, inquebat, *filij, Chriftianum niſi in cinere mori.* Cùm
item à Presbyteris rogaretur, vt corpusculum lateris mutatione rele-
uaret: *Sinite,* aiebat, *ſinite me, Fratres, calum potius reſpicere, quàm*
terram, vt ſuo iam itinere iturus ad Dominum ſpiritus dirigatur.
Adeò ſancti viri Numinis & pœnitentiæ amore non ſolum me-
dicinas, ſed etiam vel leuiſſima morbi folatia repudiarunt.
Quamobrem etiam de S Fulgentio vitæ author ita ſcribit: *Per-*
ſuadentibus autem medicis, vt lauacris balneiq; vteretur. Numquid
balnea, inquit, facere poterunt, ne homo mortalis, expleto vita ſua
tempore moriatur? Si verò proximam mortem nec aquarum calida-
rum poſſunt fomenta repellere, cur mihi, obſecro perſuadeatis, vt rigo-
rem diu ſeruata pœſſionis in fine diſſoluam? Quod dictum diligen-
ter memorię infigant Religioſi balneatores, qui, nulla neceſſitate
urgente, non tam ad thermas, quàm ad delicias videntur proſi-
fici. Pertinet ad hanc claſſem etiam Poſthumius ille, qui, ſi
quando infirmitas febrium, aut ſtomachi dolores graui tormento euni-
afficerent, non dedit indulgentiam morbo infirmitatis, nec calidæ vſus
eſt rebus, nec ieiunia minorauit, aſtimans, quod ſi corpori calido cibo
conſule-

consuleretur, à Domino redemptio anima non daretur. Nam si aliquando valetudo gravis debilia genna fatigaret, ita ut ad vigilias Post-humini exurgere non valeret, orando & psallendo in stratu suo non desinebat. Si lingua præ siti siccaretur, cordis intima rugiebant, ne silentio eius hostis anima diabolus letaretur, aut in opere DEI vir sanctus negligens inueniretur. In Prato Spirituali legimus de Myrogene hydropico, & Barnaba Anachoreta, cuius pedi arundinis festuca infixæ est, qui ambo malè affecti, nec medicum, nec medicamenta admiserunt. Hos tales imitati sunt Religiosi illi, de quibus his verbis Umberto: Nota, quòd quidam Religiosi ex magno sanctitatis feruore, non curant uti medicinalibus, reputantes id carnalitatem: & imitari volentes B. Agatham, qua dixit: Medicinam carnalem numquam corpori meo exhibui.

Hoc in femina exemplum aliæ quoque sanctæ feminae sunt imitatae; & quidem illæ, quæ in delicijs enutritæ, ad sanctitatem transierunt. Quarum exempla tantò sunt fortiora, quantò in sexu imbecilliore splenderunt. Paula Romana, mensè Iulio, feruentissimis æstibus incidit in ardorem febris, & post vitæ desperationem, cum Dei misericordiâ respirasset, & medici suaderent, saltem tenui & parco vino, ob respirationem opus esse, ne aquam bibens, in hydropem verteretur; S. Hieronymus clam Epiphanium Episcopum rogauit, ut eam moneret, immò compelleret vinum bibere. Quid S. femina fecit? an consilio medicorum, autoritate Episcopi, occasione morbi, vino inhiavit? Nequaquam. Illa, inquit S. Hieronymus, ut erat prudens & solertis ingenij, statim sensit insidias; & subridens, mentem esse quod ille diceret intinuit. Quid plura: cum beatus Pontifex, post multa hortamenta exisset foras, quarenti mihi, quid egisset, respondit: Tantum profeci, ut seni homini panè persuaserit, ne vinum bibam. De Galla nobilissima puella Romana, refert S. Gregorius, eam studio sanctioris vitæ monasticæ, respuisse conjugij medicinam, quam medici suadebant; ex ignea corporis conspersione, & morbos & barbam prædicentes, quæ quantum faciem virilem ornat, tantum muliebrem deuenustat. Nec vana fuit prædictio medicorum, nam & barba illi nata est, & vlcus cancri mamillam inuasit. Sed pluris illa fecit mentis, quam corporis integritatem. Quemad-

Ioan. Euirat.
in Prat. c. 8.
& 10.

Vmbert. cap.
123. in regul.
S. Aug. c. 19.

IV.

S Hieronym.
epist. 7. de
Eustoch.

S. Greg. lib. 4.
dial. cap. 13.